

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0113

LOG Titel: VI. Spinus vel prunus sylvestris

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

texturâ, flavo, qualis hic unâ exhibetur, inde musca producta fuit.

III. *Alcæa.*

HÆc herba proprium viridis hujus erucæ pabulum est, hac illam servavi vivam in augustum usque, ubi fuscâ in aureliam immutabatur, & vigesimâ primâ subsequentis anni die Maii prius inde phalænula prodiit.

IV. *Flos cardinalis.*

FUscas hujusmodi erucas his in floribus amstelodami reperi, quibus eas etiam enutrivî in octavum usque diem Septembris anni 1695. ubi mutabantur in aurelias, vigesimâ quintâ Junii subsequentis anni, qualis in hac figurâ demonstratur, papilionones inde producebantur.

V. *Labrasca.*

PARvulum baccis rubentibus insidens animalculum solummodo foliorum horum succo fruitur; nonâ die Junii colorem suum planè omninoque commutavit, quemadmodum in caule cernitur; decimâ septimâ die dicti mensis in aureliam conversâ fuit; vigesimâ nonâ ejusdem lucidiore colore tinctum, aliam pariter formam induit, septimâ tandem Julii die, qualis infra cernitur, scarabæolus auriaci coloris inde prodiit.

VI. *Spinus vel prunus sylvestris.*

MAGnum harum erucarum unâ congregatarum, admodum Mexilium numerum in pruni sylvestris dumo repèri, circa quem texturam amplam confecerant. Septimâ horâ vespertinâ in unam collectæ tam arctè conjungebantur invicem, ut rotunda nigricantis holoserici particula esse crederentur; integrum cum foliis omnibus ramum unâ cum texturâ rescidi, ac ejusmodi virides ramulos adferri quotidie, curavi, quos aquæ recenti pro escâquotidianâ immergebam; horâ nonâ matutinâ

om-

omnes & singulæ ad pabulum confluxère, deindè vero ad laborem, in eo consistentem, ut sibi domum exstruerent, accurrerunt. Cameras ergo alias suprâ alias sibi textentes, lati semper digiti spatium interponebant, constructo pariter tantæ capacitatis ostio, ut perfectam noctæ magnitudinem eidem inhabitare valeant. Suis ergo cameris, sole suos diffundente radios, omnes & singulæ recipiebantur, eisdem ad deliquium usque solis immorantes; quotidianam hæc actio in consuetudinem abierat in vigesimum quartum usque Junii diem, ubi ovis oblongè rotundis sese intexere incipiebant, in quibus in subsequente anni mensem Martium usque latuerunt, extunc autem phalænulæ prodierunt.

VII. *Malva.*

Viridis & lineis albicantibus exornata erucula hoc flore tanquam pabulo in primam usque Junii diem vescitur, ubi mutatur in aureliolam; gressûs erat celerrimi, vigesimâ primâ dicti mensis hujusmodi papiliones flavi prodierunt; major eruca pariter hocce flore pascitur, immota plerumque jacebat, at à minutissimo etiam animalculo contrectata, bile veluti motâ, huc illuc feriebat. Tertiâ die Junii in collectis foliis quieti se dedit, decimâ octavâ Junii in aureliam immutabatur, decimâ verò sextâ albicans hujusmodi inquieta phalæna producta fuit.

VIII. *Aquilegia vel Aquilina.*

Viridis hæc eruca hocce flore tanquam pabulo vescebatur, primâ Augusti harum aliquæ flavis ovis sese intexuerunt, decimâ octavâ nigræ hujusmodi muscæ indè prodierunt, uti latus habet.

Fuscum ac albicans animalculum sex ungviculis instructum pediculis tanquam pabulo vescebatur, secundâ die Junii rotundo albicanti ovo se intexuit, vigesimâ secundâ ejusdem mensis è lucido virentia proruperunt animalcula volantia, quorum unum superius semini insidens conspicitur.